



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De Gog & de dece[m] tribubus Israel. Cap. 68

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

DE GOG ET DE DECEM TRIBVVS ISRAEL.

- & equorum & carnes omnium. Per hoc significatur, q̄ reges & omnes maiores & minores totius populi humani, eorunc Christo incorporantur. Quod pariter significatum est in figura Petri, qui vidit in vase v̄se eo quadrupedia, & serpentiā, & volatilia. Cui dicitur, occide, & comede.
- Acto. 10** V § Magno deniq; gaudio reficient electi de conuersione Iudæorum, & omnium gentiū, quorū vocem Iohannes audiuit, sicut citharædoꝝ citharizantium in citharis suis, & cantabāt quasi canticum nouum. Erant quoq; cantātes canticum Moyſi, id est, veteris testamenti, & canticum agni, id est, noui testamenti, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu dei, & dicent: Quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni.
- Luca. 15** V § Insuper tertius vniuersi mūdi status erit quietis temporalis & figura paradisi cœlestis, & gloriæ sempiternæ. Concludet deniq; & consummabitur cum tertio aduentu Christi ad extremū iudiciū venturi, nec non cum tertia cœna, quæ erit beatitudo infinita, cœlestis ac æterna. Huius cœlestis cœnæ mēsa est crux Christi, vel potius deus pater suæ diuinæ bonitatis dulcedine, filius autē est verus cibus, cui beati incorporant, spiritus quoq; sanctus eiusdem cœnæ minister est. Ecce quā lautissimum cōuiuuium. Et quo saluator ait: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū, vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo, & sedeat̄ super thronū iudicātes duodecim tribus Israel. Illa est cœna magna quam fecit quidam homo vtpote Iesus Christus. Et est vltima electoꝝ refectio, ad quam multos vocauit deus omnipotens, qui omnes vult saluos fieri, sed pro dolor pauci sunt electi, quoniam nemo illoꝝ (qui vocati se excusant, id est nō obsequuntur) eandem gustabunt cœnam.
- Apo. 14** VII § Porro in huiusmodi tertio statu diabolus ligabit, vt ecclesiaborum per Gog, & suū regem diabolū iteꝝ solutū, quo fiet ecclesiæ temporalis molestatio, tamē eidem efficax nocumētū non inculcabit. Nam saluator inquit: Venit em̄ princeps mūdi huius, sed in me nō habet quicquā. De ipso igitur Gog quædam scripto modo discutiamus.
- Apo. 19** VIII § De Gog, & de decem tribubus Israel. **Cap. LXVIII.**
- Methodius** S Criptura multiphariam loquitur de inclusione quorundam hominum crudelium, Methodius in primis reuelat, quomodo ad Alexandri magni obsecrationem deus in vberibus Aquilonis, hoc est, in montibus Caspijs, conclusit Gog, & Magog vnā cum alijs vigintiduobus regibus ac gentibus, Quod aliqui de Turcis intelligere volunt. Esdras quoque describit, decem tribus Israel esse inclusas, vt statim dicam.
- 4. Esd. 13** I § Gog vero cū suis gentibus in nouissimis tēporibus, videlicet post tēp̄a Antichristi, exiet in terram Israel, prout dñs in Ezechiele inquit: In illa die ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in illa die erit commotio magna sup̄ terram Israel, id est, Christianoꝝ. Et paulo post: Ecce ego ad te Gog principem: In nouissimis annoꝝ venies ad terrā s. Israel ascendēs autē quasi tempestas venies & quasi nubes, vt operias terram tuā & omnia agmina tua & populi multi tecum, venies ad quiescētes habitātesq; securo, in nouissimis diebus eris, & adducam te super terrā meam. Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu prophetaꝝ Israel, qui prophetauerūt in diebus illoꝝ tēporū vt adducerem te super eos. Et infra: Hæc dicit dñs: Ecce ego sup̄ te Gog principem capitis Mofoch & Thubal, & circūagam te, & educam te, & ascēdere te faciā de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel. Similiter & tyrannus proxime futurus veniet ab Aquilone.
- Ezech. 38** II § Tertium itaq; & vltimū v̄z ecclesiæ post Antichristum veniet cito, durante adhuc cauda sexti status, persecutio em̄ Gog & alioꝝ tyrannoꝝ suorum (tamē si fiat concurrente septimo ecclesiæ statu) ascribit tamē sexto statui, quia dicitur: In septima nō tanget te malum. Nam sicut synagoga in cauda primi status mundi, & veteris testamenti ac post primū dñi aduentū, tēp̄e noui testamenti, vltimam

j. eo. §. 6  
j. c. 69. §. 8  
j. c. 69. §. 11  
j. c. 66. i. pri.  
& j. c. 69. §. 5  
j. c. 69. §. 4  
j. ca. 69. in fin  
j. c. 69. §. 1  
j. ca. 57. §. 3  
j. c. 33. §. 10.  
j. c. 17. §. 21.  
& j. c. 69. §. 7  
j. c. 66. §. 12  
& j. c. 68. §. 3  
& j. c. 66. §. 2.  
j. eo. §. 5.  
j. c. 49. i. pri.  
j. eo. §. 10.  
j. c. 62. §. 16  
& j. c. 69. §. 14  
j. c. 58. §. 5.  
j. eo. §. 5  
j. c. 41. §. 1  
j. c. 63. §. 4.  
j. eo. §. 6  
j. c. 55. §. 12  
j. c. 66. §. 3

- §.c.64. §.4 mam persequutionem passa est in destructione ciuitatis Hierusalem per Titum facta, ita in cauda secundæ stirpis mundi, post secundū Christi aduentum ecclesia patietur vltimā persequutionem à Gog & à suis satellitibus, de quorum bestialitate Sibylla vaticinata est pleraq; horrenda.
- §.c.65. §.7. III § De eorum autem tyrānide habetur in Apocalypsi, vbi narratur: Cū consummati fuerint mille anni, id est in vltimo statu seu millenario, soluetur Satanus de carcere suo, modico tamen tēpore, & exibat & seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in præliū, quorum numerus est sicut harena maris, & ascendent super latitudinem terræ & circuerunt castra sanctos & ciuitatem dilectam.
- §.c.17. §.21 Apo. 20  
§.c.67. i fi.  
& j. eo. §.6. super quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in præliū, quorum numerus est sicut harena maris, & ascendent super latitudinem terræ & circuerunt castra sanctos & ciuitatem dilectam.
- §.c.66. §.5  
& j. eo. §.4. IIII § Et quāuis Augustinus per Gog atq; Magog non intelligat aliquos barbaros in aliqua parte terrarum constitutos, sed per Gog odium malorum tectum, & per Magog defectum interpretetur, toto nanq; orbe terrarum maleuoli significati sunt, cum dicitur, gentes quæ sunt in quatuor angulis terræ, quorum numerus est sicut harena maris, & per ciuitatem dilectam intelligit Augustinus sanctam ecclesiam toto terrarum orbe dispersam. Tamen propter repetitam Ezechielis prophetiam & Methodij reuelationem, per Gog dicta gentes inclusæ intelligi possunt, quæ vnā cum alijs odiosis hominibus vbiq; (iuxta Augustini arbitrium) diffusis, ecclesiam persequentur in vltima persequutione tyrannica, nouissimo iudicio imminente. Ad idem deseruit illud Apocalypsis: Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, scilicet Gog & Magog, similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestie, id est Antichristi omnem faciebat, & fecit inhabitantes terram adorare bestiam primam, utpote idolum diaboli, dicens habitantibus in terra, ut facerent imaginem bestie quæ habet plagam gladij, & quicumq; non adorauerit imaginem bestie, occidatur.
- §.c.49. §.12  
§.eo. §.3. &  
§.c.49 §.15  
& j. c.69. §.4. Apo. 13  
Apo. 20  
Ezech. 38. 39
- §.c.55. §.12 V § Insuper Methodius profequitur, dicens: Postq̄ fuerit pax magna in fine seculorum, tunc referabuntur portæ aquilonis & egredientur virtutes gentium in illarum, quas (ut præmittitur) inclusit Alexander magnus, & concuties omnis terra à conspectu eorum & expauescent homines, & fugientes conterriti abscondent se in montibus & speluncis & monumentis, & mortificabuntur à timore & corripientur præ pauore quā plurimi, & non erit qui corpora sepeliat, gentes nanq; quæ exient ab aquilone, comedent carnes hominum & bibent sanguinem bestiarum sicut aquam, & corrumpent terram, & nullus erit qui possit stare contra eos. Vnde altissimus ad Ezechielem: Dic omni volucri & vniuersis auiibus, cunctisq; bestijs agri: Conuenite, properate, cōcurrite vndiq; ad victimam meā quā ego immolo vobis, victimā grandem super montes Israel, ut comedatis carnes & bibatis sanguinē, carnes fortiū comedetis & sanguinē principū terræ bibetis, arietum & agnorū & hircorū, taurorumq; & altiuū & pinguiū omniū. Idipsum Ezechielis elogium inducit Methodius de Turcis.
- §.eo. in pr.  
§.c.54. §.3.  
§.ca.59. §.8  
§.eo. §.1.  
& j. eo. §.11. Methodius  
Ezech. 38
- §.c.67. §.4  
§.c.49. §.16 VI § Gog aut erit vltimū ecclesie flagellū sequens tyrannidē Antichristi. Et secundū Thelosphorū est octaua bestia, quæ qua scribitur: Bestia quam vidisti fuit & nō est, ascensura est de abyssu & in interitū ibit, & mirabuntur inhabitantes terrā, videntes bestiam quæ erat & non est. Deinde subdit: Et bestia quæ erat & nō est, & ipsa octaua est & de septē est & in interitū vadet. Eadem octaua bestia erit cauda Antichristi, post cuius mortē, licet fiat pax & quies in ecclesia, nō dicē & cū aperuisset sigillū septimū, factū est silentiū in celo. i. in ecclesia militate, media hora ad denotandū tēporis breuitatē) tamen post modū veniet Gog tanq; repentina tēpestas ad persequendum ecclesiam & Iudæos nuper ad fidem nouiter conuersos & in Hierusalem ex diuersis mundi partibus congregatos.
- §.ca.48. §.3  
j. cod. §.14  
§.c.66. §.12  
& j. c.69. i pr  
§.eo. §.3  
& j. eo. §.8.  
§.eo. §.2.  
§.c.67. §.4  
& j. eo. §.9.  
§.c.58. §.5.  
& j. c.69 §.10. Thelospho.  
Apo. 17.  
Apo. 8  
Ioachim
- §.ca.62. §.3 VII § Et secundū Ioachim, incurfus ipsius Gog correspondebit cōsiliū Antiochi, qui ante primū Christi aduentum fuit vltimus synagogæ persecutor. Item Antichristus erit maximus ecclesie persecutor ante secundū Christi aduentū. Ita & Gog erit vltimus ecclesie persecutor ante tertium seu extremum Christi aduentū, Exin præsumendū, sicut contra Antiochū Machabgi, & contra

DE GOG ET DECEM TRIBVVS ISRAEL.

- Antichristū Enoch & Helias, vel potius ipse Christus per se, sunt à deo destinati, sic aduersus Gog Iesus Christus strenuos Machabæos præparabit vel alias eū perdet, quemadmodū Antiochus extinctus est. Post cuius Gog interitū, Chrīus ad extremū iudiciū veniet tanq̄ triumphator omnia discussurus. Cōgregabit eū quasi harenā captiuitatem & ipse de regibus triumphabit, expolians principatus & potestates traducet confidenter, palam triumphans illos in seipso.
2. Macha. 9. J. eod. §. 14  
S. c. 40. §. 8
- Abacuc. 1. ad extremū iudiciū veniet tanq̄ triumphator omnia discussurus. Cōgregabit eū  
S. c. 65. §. 8.  
& J. eod. §. 8
- Coloss. 2. & potestates traducet confidenter, palam triumphans illos in seipso.
- Apo. 12. VIII § Præterea flagellū Gog creditur fore acerbius flagello Antichri, quia  
S. c. 55. §. 12
- Apo. 17. Vt mari & terræ quia descendit diabolus, s. per Gog ad vos habens iram magnā  
S. eod. §. 6.  
S. c. 7. §. 4.  
S. eo. §. 7
- sciens q̄ modicū tēpus habet quo cruciat homines. Post Gog deniq; veniēt decē  
reges, qui potestate vna hora accipient post bestia, s. Gog, hī vñ consiliū habēt,  
& virtutem & potestate suā bestia tradent. s. vestigia ipsius. Gog sequēdo. Hi cū  
agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quoniā dominus dominorū est & rex regum,  
& qui cū illo, sunt vocati & electi & fideles.
- IX § Ex quo autem post illorum decem regum interitum diabolus non  
habebit vltiorem in homines potestatem, ideo tempore Gog & eorundem regum  
eō crudelius sauiet. Nam interficiet ingentem Christiani populi multitudinem  
ex omni tribu Israel, qui eorū ad concionem Enoch & Helia ac aliorum, in Christum  
credet. Et sic implebitur illud Apocalypsis: Et audiui numerum signatorum  
centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel, non  
solum ex Iuda & Benjamin, sed etiam ex reliquis decem, omīssa tribu Dan, quæ  
in tribubus Israel sortem non accepit, sed eius loco ponitur Manasses primogenitus  
Iosephi. Antichristo autē adhærebit progenies Dan, à qua & descensurus  
Antichristus perhibetur, qui ceu catulus leonis, fluet largiter de Bafan, &c.  
Alias quoq; gentes Antichristus vel Gog coangustabit, nā postea vidit Iohannes  
turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, quæ in ecclesia & sub altare ac  
alibi interficietur.
- Apo. 7. J. eo. §. 14  
S. eo. §. 6. &  
J. eo. §. 11.
- Iudi. 18. Apo. 7  
S. c. 61. §. 1.
- Gen. 48. 1. fi. Deut. 33. Iohannes turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, quæ in ecclesia &  
sub altare ac alibi interficietur. S. c. 67. §. 4
- Apo. 7. sub altare ac alibi interficietur. S. eo. impr.
3. Reg. 12. X § Decem vero tribus Israel sub Hieroboā discesserunt à Reboā rege Iuda,  
in Samaria de gentes, de quibus promulgatum est: Peccauit domus Hieroboam &  
euerfa est & deleta de superficie terræ, quapropter interfecto Hieroboā, Israel  
captiuus migravit de terra sua. Nā conclusus est in montibus regni Mædorum,  
prope quos est magnus fluuius nomine Gazam, vt habetur in libro Regum  
vbi dicitur: Anno Ozeæ nono cepit rex Assyriorū Samariam & transtulit  
Iralem in Assyrios, posuitq; eos in Haylam & in Abor iuxta fluuium Gazan, alias  
Euphraten, in ciuitatibus Mædorum. Iratusq; est dominus vehemēter Israeli &  
abstulit eos conspectu suo, & nō remansit nisi tribus Iuda solūmodo. Nā ambæ  
tribus, s. Iuda & Benjamin Hierosolymis permanentes, Iuda vocabantur, translatuq;  
est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diem hāc. Cosmographi describūt  
decē tribus Israel esse inclusas montibus in vltima parte Asiatici soli versus septē-  
trionē situatus. Ad hoc facit Psalmistæ eulogium: Montes in circuitu eius & do-  
minus in circuitu populi sui.
3. Reg. 13. 1. fi. Amos. 7. S. ca. 9. §. 5.  
J. eo. §. 12
4. Reg. 17. S. ca. 59. §. 6
- In prologo Abacuc. XI § Ipsi autem Israelitæ tempore Antichristi ad veri Christi fidē rediēt  
quoniam scriptura inquit ad Israel: Rursus congregabit te deus de cunctis populis  
in quos te ante dispersit, si ad cardines celi fueris dissipatus, inde te retrahet  
dominus deus tuus, & introducet in terram quam possederunt patres tui. Item in  
Hieremā: In diebus illis, ibit domus Iuda ad domum Israel & venient simul de  
terra aquilonis. Et infra: In diebus illis saraabitur Iuda & Israel habitabit  
confidenter. Et homines dicent vltra. Viuit dominus qui eduxit & adduxit semen  
domus Israel de terra aquilonis & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc,  
& habitabunt in terra sua, dicit dominus omnipotens. Et alibi: Post hoc reuertar  
& reedificabo tabernaculum Dauid quod decidit, & diruta eius reedificabo. Et  
si fuerit numerus filiorum Israel tanquam harena maris, reliquæ saluæ fient.  
Cum vero dominus conuerterit captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob &  
letabitur Israel.
- Deut. 30. S. eo. §. 9. &  
S. c. 65. §. 7  
S. c. 19. §. 17  
S. c. 55. §. 11.  
S. eo. §. 5. &  
J. ca. 69. §. 4  
S. c. 57. §. 13  
& J. ca. 69. §. 3  
S. c. 62. §. 4  
Osce. 1.  
S. c. 66. §. 11.
- Hiere. 3. Hierem. 16 Hierem. 23. S. c. 62. §. 4
- Acto. 15. Rom. 9. Psal. 13. S. c. 66. §. 11.
- XII § De cisdē insuper decem tribubus, idē omnipotēs per angelū suū ad  
Esdram

Esdras inquit: Quoniã vidisti filiũ meum colligentẽ ad se aliam multitudinem pacificã, hæ sunt decẽ tribus, quæ captiue factæ sunt de terra sua in diebus Ozee regis, quem captiuũ duxit Salmanazar rex Assyriũ, & transtulit eos trans flumẽ & translati sunt in terrã aliã. Ipsi autẽ sibi dederunt consiliũ hoc, vt derelinquerent multitudinẽ gentiũ & proficiscerentur in vltioriẽ regionẽ, vbi nunq̃ inhabitauit genus humanũ, vel ibi obseruare legitima sua quæ nõ fuerant seruantes in regione sua. Per istroitus autem angustos fluminis Euphraten, aliã Gazan, introierũt, fecit em̃ eis tunc altissimus signa & statuit venas fluminis vsquequo trãserent. Per eã em̃ regionẽ erat via multa itineris anni vnus & dimidiũ, nã regio illa vocatur Arsareth, tunc inhabitauerunt ibi vsq; in nouissimo tẽpore. Et tũc iterũ cũ ceperint veniẽ, itẽ statuit altissimus venas fluminis vt possint transire, propter hoc vidisti multitudinẽ cum pace. Hæc ex Esdra.

4. Esd. 13

XIII § Inde elicitur q̃ sicut dictarum decem tribuum inclusionis modus fuit miraculosus, ita & reductionis modus erit. Et quando eadem tribus fuerunt per Salmanazar intra vallem montium incluse, statim fluuius Gazan seu Euphrates, decurrens secus illos montes, impetuose cepit perfluere, vsque adeo q̃ vltius nauigari aut transnari nequeat, excepta die sabbati, qua (vt fertur) quiescit. Qua quidem sabbatina die Israelitæ legem Mosi obseruantes & sabbatũ custodientes transtulere non audent. Sed futuro tempore quãdo eadem tribus educentur, iuxta oraculum saluatoris respondentis: Et alias oves habeo quas oportet me adducere, tunc præfatus fluuius, deo disponente, quiescet, vt transnari possit, qua propheta præhabita de ipsis tribubus adimpleatur. Siquidem diuinum ait responsum: Cum completa fuerit dispersio manus populũ sancti, complebuntur vniuersa hæc. Ad easdem quoq; tribus Israel, quæ nondũ acceperant possessiones suas, Iosue ait: Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram quam deus dedit vobis?

Exod. 20

Ioh. 10

Danic. 12

Iosue. 18

XIII § Apparet itaq; filiorum Israel inclusionem esse aliam ab inclusione Gog & suorum. Nam iste pro flagello infligendo, illi autem ad id sustinendũ reseruantur. Gog enim sequens Antichristi vestigia, eos vsq; Christifideles persequetur, interficietq; velut in superioribus patet. Tandem ipse Gog interiet, quia dicitur: Et octaua bestia in interitum ibit. Iterum: Et descendet ignis à deo & deuorabit eos, scilicet Gog & Magog, decemq; reges. Tunc em̃ funditus extirpabitur Babylon, statusq; Christianorum per se forum damnabitur secundum dei in Ezechiele sententiã, dicentis: Conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladiũ, gladius vnus cuiusq; in fratrẽ suum dirigitur, & iudicabo eum peste & sanguine & imbre vehemẽti & lapidibus immensis, ignem & sulphur pluam super eum & super exercitũ eius & super populos multos qui sunt cũ eo, & magnificabor & sanctificabor & notus ero in oculis multarũ gentiũ, & scient quia ego dñs. I. Iesus Christus. Demũ in terra erit pax firma vsq; ad extremũ iudiciũ. Nam vltius in Ezechiele ait dñs: Nomen sanctũ meũ notũ faciam in medio populi mei Israel, & nõ polluam nomen sanctũ meũ amplius. Et ita optimus, maximus deus, dabit requiem populo suo Israel vsq; in æternum.

Apo. 17. 20.

Ezech. 38

Ezech. 25

1. para. 23

¶ De reliqua parte septimi status post Gog vsq; ad extremũ iudiciũ. Cap. LXIX.

O Brenta tandẽ contra Gog & decẽ reges victoria, de cætero ecclesia habebit permanentẽ tranquillitatẽ & pacẽ vsq; ad extremũ iudiciũ. De qua pace Sibylla lucide vaticinata est. Similiter & Hieremias, dicẽs: Inuenit gratiã in deserto populus qui remãserat gladio, vadet ad requiem suã Israel. Enimvero septimus ecclesiæ status nõ accipitur pro statu æternæ gloriæ, sed pro finali & pacifico statu ecclesiæ militantis. Post Antichristũ equidẽ nõ statim terminabit hoc seculũ, quia prius totus mundus erit ad Christũ conuertendus. Illud autẽ silentiũ in celo, designat temporalẽ tranquillitatẽ in ecclesia pacificata. Eradicatis em̃ oibus discordiis, totus orbis in quieta pace & vera fide vnanimiter Christo subiicietur, quemadmodũ septima tuba exprimit.

Hier. 31. 1. pr.

Vbertinus

Apoc. 8.

Apo. 10

I § Tunc implebuntur prophetiæ quæ singularẽ pacẽ per Christũ introducen-